

el Rey, de que naciesse dano a el, o a la tierra. Licet enim in hoc casu damnatum non fuisset secutum Regi, tamen secutum fuit regno, vel terræ, quod est sufficiens juxta decisionem hujus Text. ibi: *a el o a la tierra*. Et Rex uti Rex offensus fuit ex contemptu jurisdictionis illius, vel saltem utilitas publica quod sufficit, ut probat Vela, de crim. c. 21. n. 2. quæ confirmantur per Text. in l. 3. tit. 19. part. 7. ibi: *Onde los que tal levantamiento como este hacen son traidores, e devien morir por ello, e perder quando ovieren*, quo Textu non tractatur de seditione in personam ipsius Principis facta, sed contra statum publicum, vel contra patriam, & in exitum reipublicæ, quod sufficit ut crimen læsæ dicatur, ut pluribus probat Azevedo, in d. l. 2. tit. 15. lib. 6. recopil. n. 16. cum sequent. quare reus non poterat mortis pœnam evadere.

40 Sed demus quod solum teneretur pœna legis de vi publica, ex Textu, in d. l. 2. tit. 10. p. 7. tamen ex qualitatibus aggravantibus pœna etiam exacerbatur usque ad mortem juxta Text. in d. l. capitalium, §. Solent; ibi: *nomen quam capite plectendi*, junct. l. aut facta, ff. de pœn. melior Textus, in l. qui a des. ff. ad leg. Jul. de vi publ. ibi: *siquidem in turba cum telo fecerint capite puniuntur*. Docet Ant.

41 Matthæus, d. lib. 48. tit. 4. cap. 2. n. 1. cum quibus consonant, d. l. 1. junct. l. 8. verba: *si en la fuerza*, tit. 10. p. 7. ibi: *el que fuere el mayor del aiuntamiento mas devie morir p. r. ende. l. quoniam multa facinora*, C. ad leg. Jul. de vi publ. & privat. Si enim ædes alienas privatorum in turba cum telo aggreditur, capite plectendus est ex illo Textu, quid dicendum in eo qui ædes publicas, sanctas, sacratas in reipublicæ utilitate non solum aggreditur, sed expugnat: si occidens in tumultu privatum pœna capitali plectitur, quid statuendum in eum; qui custodem auctoritate publica destinatum mutilat, alios vulnerat, alios percutit, ac omnes opprimit. Ex his omnibus sent. die 5. Novembris ejusdem anni Joannem Ruiz, ad pœnam furcarum condemnari, lanionem, ad pœnam verberum & remigii per sexennium, & alios diversis pœnis extra ordinem juxta culpæ uniuscujusque qualitatem: quæ executioni deducta fuerunt die 7. eorundem, actuanti, Antonio del Valle, & Emanuele de Paramo.



## CONTROVERSIA XVIII.

De homicidio sacrilego patrato in Carcere, & an Commentariensis ad aliquid ex eo teneatur.

## SUMMARIUM.

- 1 Causa scribendi de hoc crimine.
- 2 Facti species proponitur, n. 3. & 4.
- 3 Carceris Valentina descriptio, & n. 6.
- 7 Officia Regia obtinentes in Regno Valentia non possunt puniri per inquisitionem sine expressa delegatione Principis ad procedendum in eos.
- 8 Princeps solus, in sacro supremo Aragonum Consilio, potest punire suos officiales juxta foros.
- 9 Idem de jure cautum est.
- 10 Conclusio hæc licet communiter intelligatur de Senatoribus, & aliis supremis Magistratibus, procedit pariter quoad Commentariensem titulo Regio electus.
- 11 Officium Regium à Principe concessum, solum ab ipso Principe auferri potest.
- 12 Procurator Fiscalis in Regno Valentia obtinet officium simile eo, quod Agente fiscal in his Regnis vocatur.
- 13 Primogenitus Regis in Corona Aragonum Regis Vicarius nascitur cum plenitudine potestatis.
- 14 Commentariensis Carceris Valentina, officium obtinet superius ab officio Procuratoris Fiscalis Villarum.
- 15 Inquisitio in Regno Valentia certis criminibus limitata est per foros, & n. 17.
- 16 Quod non est discussum non potest dici decisum.
- 18 Inquisitio in Regno Valentia potest formari quoties pœna corporalis debetur.
- 19 Exceptio defectus jurisdictionis insanabilis est, & potest deduci semper.
- 20 Supplicationis causa æquiparatur causa appellationis.
- 21 Delicti corpus ante omnia debet comprobari.
- 22 Corpus delicti in transgressione præcepti est ipsum præceptum.
- 23 Præceptum non potest probari per testes.
- 24 Ex præcepto verbo tenus factum non nascitur obligatio parendi.

Præceptum

- 25 Præceptum de substantia requirit scripturam authenticam.
- 26 Præceptum pœnale judicialiter debet fieri.
- 27 Pœna, ut debeatur ex transgressione præcepti, fieri debet præceptum per Judicem judicialiter procedendo.
- 28 Rubrica digestorum non dicit: Si quis judici, sed si quis jus dicenti non obtemperabit, quod inducit judicialem somam procedendi.
- 29 Præcepti verbalis transgressio ex reverentia Magistratibus debita levi coercionem puniri valet.
- 30 Qui aliquid gerere debet in Regno Valentia de mandato principis, non admittitur quin mandatum probet Regis literis juxta forum.
- 31 Principis iustiones nullius momenti sunt in Regno Valentia, neque executionis deduci possunt, nisi subscripta sint per Cancellarium, Vicecancellarium, aut Regentem Cancellariam.
- 32 Acta judicialia in Regno Valentia in causa excedente summam quinquaginta drachmarum, aut Regalium argenti, scripturam de substantia requirunt per forum.
- 33 Sententia pariter scripturam necessario desiderant.
- 34 Præceptum pœnale non solum in scriptis debet fieri, sed & illius injunctio.
- 35 In materia præcepti pœnalis, tantum dictum præsumitur, quantum scriptum, & non amplius.
- 36 Decretum de imponendo reo in ergastulo in scriptis fieri debet.
- 37 Confessio rei non potest supplere defectum scripturæ præcepti.
- 38 Confessio rei nil valet quoad probationem corporis delicti.
- 39 Præcepta verbo tenus facta, & sine causa cognitione, nil operantur.
- 40 Obedientia Magistratibus debita, procedit in quantum judicialiter procedunt.
- 41 Crimina quo graviora sunt, liquidiorum probationem desiderant.
- 42 Testis in plenario revocans dictum, in sumario nil probat.
- 43 Executio tollit quicquid inculpatio intulit.
- 44 Dictum secundum testis prævalet primo si animo corrigendi fiat.
- 45 Causa inculpandi, & exculpandi debet attendi.
- 46 Testes de auditu nihil probant in his qua per sensum visus percipiuntur.
- 47 Testes non repetiti in plenario, nihil probant.
- 48 Testis Apparitor non probat, quia suscipit vices accusatoris.
- 49 Testis inimicus minime probat.
- 50 Testes officiales curiæ multa referunt contra reos, ut excasperent animos Magistratum.
- 51 In materia probatoria, à communiter contingentibus sumitur indicatio.
- 52 Testis ex concursu plurium objectionum multo magis excluditur.
- 53 Birroarius ob vilitatem excluditur à testificando.
- 54 Socius criminis in Regno Valentia admittitur juxta forum.
- 55 Limita si alia obiectio non obstitit præter societatem.
- 56 Carceribus mancipati amuli sunt Commentariensis.
- 57 Testis criminis repellitur à testificando.
- 58 Permissio concessa per Commentariensem reis ad audiendam rem sacram, etiam sub clausura existere jussit, non potest in culpam imputari nisi expressè dicatur.
- 59 Impedientes audire rem sacram absque gravissima causa, peccant.
- 60 Confessio qualificata non potest à qualitate separari.
- 61 Præceptum de re impossibili non tenet.
- 62 Lex de re impossibili neminem ligat.
- 63 Impossibilitas requisita ut lex vel præceptum non teneat, sufficit quod sit moralis.
- 64 Commentariensis non tenetur de gestis eo absente, sed tenetur adiutor.
- 65 Carceris Valentina Commentariensis residentiam facere debet in vestibulo & quare.
- 66 Rei non possunt detineri in ergastulis, vel arca custodia, ultra tres dies.
- 67 Carceratorum causa vel citè expediri debent.
- 68 Criminales causa in Regno Valentia si pœnam pecuniariam continent infra biduum terminanda sunt; si autem corporalem pœnam expostulent, intra quinque dies culpa debet comprobari, cum alias fidejussoribus sint relaxandi.

D.D. Laur. Matthæus, de Re Crim. Pars I.

L. 69 Carcer

- 69 Carcer est mala mansio, species tortura, ac morti similis.
- 70 Præceptum terminum custodiendi reos in ergastulis non continens, intelligi debet de termino juris.
- 71 Judices, & executores reos in arctiori custodia detinentes à jure puniuntur.
- 72 Ad excusationem ab incursum pœna, quolibet causa sufficit, etiamsi dicatur bestialis.
- 73 Ecclesiastici detenti in carcere laicorum, jussu suorum Prælatorum, non subsunt Judici laico.
- 74 Præceptum laici de retinendis Ecclesiasticis in arcta custodia, nullius momenti est.
- 75 Factum judicis si ad officium non pertinet ratum non est.
- 76 Milites in custodia reorum delinquentes, privilegium fori non amittunt.
- 77 Ad Judicem laicum non pertinet curare de Ecclesiasticis.
- 78 In clausura ponens Ecclesiasticos, aut in vinculis, absque jussu Prælati, incurrit censuram Canonis.
- 79 Metus incursum censurarum sufficit ut quis excusetur ab incursum pœna.
- 80 Laicus opprimens Ecclesiasticum de præcepto Prælati, incurrit censuram.
- 81 Nisi in casu expresse necessitatis.
- 82 Tortura jubente Prælati per laicum potest inferri Ecclesiastico absque incursum censurarum.
- 83 Omissio in custodia Ecclesiastici, non est punienda per laicum, sed per Prælatum.
- 84 In casu eversionis, vel fuga excusatur Commentariensis, ex indebita carceratione.
- 85 Pariter in casu necis, ob defectum clausurae.
- 86 Observantia Regie Audientie comprobans hac refertur.
- 87 Causa clausurae inferenda insinuari debet Commentariensi, ut teneatur ex transgressione.
- 88 Ex differentia causarum, sequitur differentia diligentie in implemento præcepti.
- 89 Commentariensis non tenetur divinare causam, ob quam in clausura apponi jubebantur.
- 90 Commentariensis tenetur de cunctis quæ in carcere eveniunt.
- 91 Commentariensis excluso præcepto tenetur ex qualibet nece patrata in carcere.
- 92 Commentariensis tenetur de culpa custodis ab eo destinati.
- 93 Commentariensis præcipiè tenetur de fuga tam ex dolo quam ex culpa, quæ in hac specie aberat.
- 94 Commentariensis si pretio corrumpatur, tenetur, sed hoc probatum non fuit in hac specie.
- 95 Cesante causa delinquendi, cessat delicti præsumptio.
- 96 Causa delinquendi in aliquem verificata, producit præsumptionem in eum, illius delicti.
- 97 Integritas procedendi antecedens, excludit præsumptionem delicti, cum talis, quis præsumatur qualis ante fuerit.
- 98 Differentia perpenditur inter casum fuga, vel necis carcerati.
- 99 Commentariensis præcipua cura est custodia carceratorum.
- 100 Fuga carcerati secuta Commentariensis directe gravatur, quia præsumitur curam custodiae necessariam non adhibuisse.
- 101 Et tamen hac regula limitatur diversis modis.
- 102 Limitationes regula verificabantur in hoc casu, quia non constitit de causa ponendi reos in arcta custodia, & quia conditio personarum excludebat ergastulorum clausuram.
- 103 Casus fortuitus Commentariensem excusat etiam in casu fuga.
- 104 In casu necis patrata in carcere Commentariensis non directe gravatur, sed per indirectum, si ferrum vel venenum inferri passus est.
- 105 Patientia inferendi arma probanda est in hoc casu.
- 106 Commentariensis custodiendo carcerem secundum consuetudinem, excusatur à quocumque eventu.
- 107 Ex diligentia Commentariensis verificata excluditur probatio negligentie ejusdem.
- 108 Quod communiter receptum est & à nemine impugnatum.
- 109 Carceratis potest permitti à Commentariense descendere ad vestibulum carceris.
- 110 Commentariensis cura frustrari potest quoad illationem armorum, & quomodo fieri possit.

Commen

- 111 Commentariensis an teneatur de culpa custodis ab eo electi.
- 112 Sed hoc procedit quoad fugam reorum tantum.
- 113 Fuga reorum absente Commentariensi non imputatur ei, sed adjutori.
- 114 In casu necis Commentariensis, non tenetur de omissione custodis.
- 115 Differentia inter hos casus perpenditur.
- 116 Commentariensis non tenetur de culpa custodis si tempore electionis habetur pro idoneo.
- 117 Commentariensis eligens custodem prout consuetudo habet introductum, non tenetur de illius culpa.
- 118 Birroarii Regie Audientie Valentie in infimo ordine familia, sunt publica auctoritate probati.
- 119 Eligens probatum publica auctoritate non tenetur de culpa electi.
- 120 In casu necis nemo tenetur nisi si, qui in culpa est.
- 121 Dispositiones penales restringenda sunt.
- 122 Sententia Senatus jus faciunt tanquam exemplum.



ISCRIPTABATUR in supremo Aragonum Consilio qua pœna puniendus esset Sebastianus Texidor, civis honoratus Valentini, Commentariensis Regiæ carceris Valentini nuncupati, la Torre, ob necem Doctoris Petri Navarro Diaconi patrata in eodem carcere; quia illi culpa imputabatur ratione omissionis in custodia reorum. Interrogatus ab amico quid de jure, tam communi, quam municipali procederet, immunem ab omni culpa reperiri respondi. Factum, quod percepi, sic se habebat.

Primis diebus mensis Januarii anni 1664. Judices Curie Regie Audientie carcerem ingressi, non in modum visitationis assuetæ, sed extra ordinem, & formam, verbo tenus jusserunt plures reos claudi sub arcta custodia, sive in ergastulis: & inter eos quatuor Ecclesiasticos, qui jussu suorum Prælatorum in eo detinebantur. Formam clausurae dicebatur dedisse; nam quodam diu, noctuque in illis arctioribus receptaculis includi jusserant; alios tantum nocte labente in eis detineri, unis alloquium omnino denegando, aliis permitiendo

D. D. Laur. Mattheu, de Re Crim. Pars I.

cerro modo, & alteris absolute concedendo: & specialiter justum fuit quod dictus Doctor Navarro, cum aliis tribus Ecclesiasticis, quorum unus Regularis, & Sacerdos erat, semper sub clausura separati detinerentur, assignando clausuram Petro Navarro in cubiculo nuncupato, la cambra nova.

Die 12. Februarii subsequenti, jam nocte ruente, idem Petrus Navarro repperit fuit in clausura sibi designata pluribus pugionis ictibus confosus, & ex summaria informatione apparebat, eundem cum illis tribus Ecclesiasticis ludum foliorum ea hora instituisse, aliis plurimis carceratis spectantibus: quibus abeuntibus duo illi clerici Petrum reuertunt, & Regularis pugionis ictibus occavit.

Accusatus Commentariensis fuerat de omissione in observanda forma custodiae sibi præscripta, quam si observasset nequaquam homicidium sacrilegum commissum fuisset; dicebatur rancidum præceptum fuisse in ipso die subsequente justionem, neminem in clausura destinata retinendo; & addebat, quod octavo die antecedenti delictum, hora duodecima nocturna, vel circiter, visus fuit quidam incognitus alloquendo cum uno ex tribus illis Ecclesiasticis, assistente ipso Commentariense; qui ratione permissionis incedendi extra clausuras, duobus aliis rebus pecuniæ summam extorsit. Ex his sententia, diei 27. Martii anni 1665. condemnatus per Regiam Audientiam fuit in pœnam privationis ipsius officii, quod à Principe obtinuerat; & supplicatione interposita, atque admissa in supremo absolvi in totum contende-

bat. Et ut dicenda clariù percipiantur, suppono carcerem Regium in civitate Valentie nuncupatum, la Torre dels serrens constructum reperiri super unam ex duodecim Portis ipsius civitatis, quæ duabus Turribus lapideis, tum mole, tum pulchritudine conspicuis, munitur. Ingressus carceris patet ad Occidentem, à porta per quinquaginta passus, vel circiter distans, mediante janua ferratis laminis contexta; vestibulum sequitur quo custos primus assistit de claveptius januæ curans. Ad lævam adest Aula non modica, quæ negotia continuè expediuntur; in ea nempe judices reos examinant, confessiones recipiunt, & cætera

L 2 ad

ad causas carceratorum spectantia peragere solent. Imò & Proreges solemnnes carceris visitationes ibi celebrare non semel vidi, in hac residet Commentariensis continuè, ad conspectum primæ illius januæ, propriis oculis cernendo qui ingredi, vel egredi debent, securitati inhærendo, ac in libro carceratorum, novitè adductos, vel jussu judicum extractos, vel liberatos adnotando. Ad dexteram, ipsa civitatis murali contigua, adest unica scala ampla, & lapidea, quadraginta quatuor gradibus per directum habens, per quam ab occidente, in orientem ascenditur ad unicam superiorem portam totius carceris; sequitur atrium exiguum quo residet secundus custos, januam exteriorem curando, quæ aditum præstat reticulæ: ex genere lignorum validissimo compactæ, quæ duodecim vel plus personas recipere potest, & nuncupatur *la gabia*. Post eam in partem interiori carceris assistit Tertius Janitor de janua intima curando. Quoties aliquis ingreditur, secundus custos exteriorem reticulæ januam aperit, & in ea receptum claudit, quo peracto Tertius interiori aperit, ut ingredi ad intimam carceris possit. Et si aliquis est egressurus, versa vice janua interior per tertium custodem aperitur, & in reticulam receptum relinquit januam ad eum spectantem claudendo, quo peracto exterior patens à secundo datur. Et ipsæ januæ reticulæ sic catena ferrea & valida alligatæ sunt, atque dispositæ, ut una aperta non valeat, quin altera clausa remaneat. Quæ ita constructa reperitur, ut securitati consulatur, ob quod nec adhuc ea quæ intus geruntur ab extra certari ab aliquo possint.

Qualibet ex duabus turribus tres mansiones continet separatas; quia cum ad latera portæ amplissimæ hinc, inde sint, uniri non valent nisi per medias mansiones. Inferiorem nuncupatam *lo cubo* qualibet habet, cum speciali scala, atque fenestris lumina præbentibus, versus partem exterioriorem civitatis, quibus triplex ferreus elathrus univertique appositus, securitatem præbet eo pacto ut cum reis, quibus facilis aditus est, alloquium sic facile, imò & traditio cujusvis rei exigui voluminis. Medias super portam civitatis connexas, quæ *la comuna* vocantur, & superiores quarum habitacula reservantur reis in honore constitutis, quando qualitas criminis exposulatur,

quod in arcta custodia resideant. Spatia media inter has ultimas quatuor mansiones, & turres, continent diversa ergastula quorum unum erat destinatum occiso in superiore parte ad interna civitatis, ascendendo per interiorem scalam quæ cæteris ergastulis transivit præbet Valentino idiomate nuncupatis, *los guineus*, apud nos *los calabozos o encerramientos*. Claves cunctarum mansionum tertio illi custodi committuntur, quas aservare solet in scrinio ad hoc destinato. Is erat tempore patrii criminis Antonius Aleman, & cum de eo accusaretur, antequam lis contestata esset per confessionem, in eodem carcere obiit.

His positis in primis dicebam dubitari posse de jurisdictione Regiæ Audientie ad procedendum contra Commentariensem, absque speciali Principis delegatione. Quia hic erat in officio Regio, & præeminenti constitutus cum titulo, seu privilegio expedito per Consilium Aragonum in debita forma; & de his officialibus solus Princeps in ipso consilio, vel cui ipse specialiter commiserit juxta foros cognoscere potest. Text. in for. 30. de appellat. ibi: *retenim empero, que en les inquisicions que farem, o فرمانانم contra nostros officials puixant assignar aquells Juges que a nos plaura*. Cujus verba Latine donata sic habent: *Reservamus tamen, quod in inquisitionibus quas faciemus, vel fieri jubebimus contra nostros officials possimus assignare Judices, qui nobis placebunt*. Text. in for. 2. in extrava. de inquis. contr. offic. l. 1. ibi: *Nisi forte super oficiales nostros ea facere habereamus*. Quæ quidem conclusio de jure procedit per Textum, in l. ne quisquam in princ. ff. de off. Procons. cum aliis superius adductis, *controverf. 3. num. 9. & segg.* & plenè probatur per Dominum Vicecancellarium Crespi, *observat. illustr. 4. n. 27. 30. & 31.*

Et licet communiter intelligatur de Senatoribus & aliis supremis magistratibus, non ideo in Regno Valentie excluduntur obrinentes officia illius gradus, ac est officium Commentariensis: tum quia ratio decidendi, nempe quod officium per Principem concessum, solum ab ipso auferri potest juxta decisionem Text. in l. nil tam naturale 35. ff. de regul. juris, & ibi communiter Doctores, in quocumque officio procedit. Tum etiam quia in similibus officiis,

per jus speciale illius Regni cautum reperitur. Textus expressus in *privil. 88. Reg. Jacobi 2.* qui dum loquitur de Procuratore fiscali (cujus officium est idem, ac in Regno Castellæ nuncupatum *Agente fiscal*) non in Regia Audientia, sed in villa Castellionis planiciei, sic dicitur: *cumque contra oficiales*

12 *qua hujusmodi exercent officia per aliquem nisi per dominum Regem, vel nos, de ipsius mandato inquiri non debet: & ibi: cum nolimus per vos absque mandato regio, sive nostro, contra ipsos oficiales, ut præmittitur sic procedit*. Loquitur in isto Textu primogenitus Regis Vicarius generalis illius in universa Corona

13 Aragonum; quod est idem ac si ipse Rex loqueretur, cum in ea primogenitus Gubernator generalis nascatur cum plenissima potestate, ut pluribus adnotavi, *tom. 1. de Reg. Val. cap. 2. §. 2. num. 6.*

quod comprobatur ex eo quod privilegium positum sit in Copore juris in quo non collocaretur nisi auctoritate regia factum fuisset; cum ea jus commune in illo Regno contineant, ut dixi de Regim. tom. 1. cap. 1. §. 2. num. 50. in eo enim de similibus officialibus loquitur, & officium Commentariensis carceris, Regii non solum æquale, sed majus, & præeminenti est, atque officium Procuratoris fiscali private ville, quare

14 dispositio remanet indubitabilis. Præcipue animadverso, ut notat Dominus Crespi *ibi proxime num. 27.* quod in eo Regno potestas procedendi quoad omnia Tribunalia in criminibus per inquisitionem certis finibus clausa est, & in delictis specificatis circumscripta: &

15 quando per Regem Alphonsum I. statutum fuit quod ea via procedi posset contra oficiales Regios, sibi reservavit hanc potestatem; ex quibus rectè concluditur, quod deficiente delegatione speciali Principis, prout in hac causa deficiebat, Regia Audientia absque jurisdictione processit.

16 Neque obstat observantia procedendi in aliquibus casibus contra oficiales hujus gradus, de qua non dubito: quia in eo Regno patet, imò nullus reclamare audeat contra Proregis, & Regiæ Audientie auctoritatem, maxime in criminibus levioribus, qualia sunt ea de quibus cognovisse fateandum est: & in nullo ex illis judiciis deducta fuit similis exceptio, vel dispositio, quia si allegaretur, crederem quod tantus Senatus D.D. Laur. Mathau, de Re Crim. Pars I.

in quo integerrimè evictis jus reddidit, aut à procedendo cessaret, aut ad Principem quaestionem referret; & sic Commentariensi hæc nocere non poterant, ex regula in jure trita: *quod non est discussum, neque decisum*. Maxime in causa profecuta per inquisitionem; in qua limitata potestas reperitur per for. 199. 111. & 115. de Cur. & Bajulo. cum clausula taxativa: *e no en aires choses, capi. 22. gravam. Curiar. ann. 1626.* cum aliis per me deductis *tom. 2. de regim. c. 8. §. 1. num. 4. cum segg.* & per Dominum Crespi *d. observ. 4. num. 16. cum segg.*

Et in hac specie non patebat recusat. 18 sus ad exceptionem illius regulæ, nempe, *Quia poena corporalis irroganda erat, quam ex for. 107. de Cur. & Bajul. for. 12. & 14. de quart. & pen. Cur. firmavit. d. num. 4. & Dominus Crespi ubi proxime, num. 17.* Nam cum poena legalis imposita reperiat in sententia Regiæ Audientie, nil corporalis poenæ reperitur. Neque ex eo quod crimen dicatur patratum per officialem familiæ Regiæ Audientie, quia d. *privil. 88.* specialiter in oficiales familiæ procedere prohibuit: *& d. for. 2. in extrava.* limitatim cavet quod procedatur contra oficiales Regios per solum Principem, vel eum cui specialiter commisit, ut docet Dominus Crespi *d. num. 31.* Et hæc exceptio defectus jurisdictionis, vel potestatis perpetua est, & nullitas insanabilis, ita ut quocumque tempore opponi possit, Angel. in l. 1. c. quando pro non est necess. Van. de nullit. in quories, & inter quod, num. 8. & ut ex def. jurisdictionis num. 4. Scaecia de appellat. quest. 19. conclus. 7. num. 3. Salgad. de Reg. protecc. part. 4. cap. 3. num. 123. Ac tandem non ex eo quod in causa primæ instantiæ deductum non fuisset cessabit vis exceptionis, quia reperiebatur in judicio plenario supplicationis quod regulatur ad instar appellationis, ut pluribus probant Peregrin. conf. 79. num. 3. vol. 2. Surdus conf. 277. num. 15. Menoch. conf. 1044. Giurba decif. 30. num. 7. Don Frane. Hieron. Leon. decif. Val. 103. n. 2. & decif. 166. num. 11. & decif. 184. num. 3. his & aliis relatis Valent. conf. 195. num. 40. cum duobus segg. per Text. in l. fin. C. ut sit pendente. l. ultim. de consentaneum, C. de tempor. appellat. in eo enim judicio procedunt verba edicti. *Non deducta deducam, non probata probabo*, ad Textum in leg. 6. §. 1. Cod. de appellat. ubi Doct.

Et or. exornant Donell. lib. 28. comment. cap. 8. & ibi Illiger. lit. D. Maranta in speculo part. 6. tit. 2. in princ. verbo quando appellatur, num. 159. Scaccia de appellatione, num. 84. cum autem absque jurisdictione processus reddatur nullus, sententia simul cum actis annullanda videbatur.

21 Secundo absolvendus erat ex defectu corporis delicti, ad quod percipiendum suppono hujus comprobationem necessariam esse juxta Text. in leg. 1. §. item illud, ff. ad Sillan. Jul. Clar. quest. 4. num. 1. Sigismund. Scaccia de jud. caus. crim. cap. 7. num. 3. Farin. quest. 2. per tot. Caball. cas. 255. Caron. de off. sanct. Inquis. part. 2. tit. 1. §. 4. num. 23. Guazz. de fens. 4. cap. 1. & ego notaveram dicti. cap. 8. §. 2. num. 2. Villota de fugit. cap. 8. ex n. 6. Quo posito ut inspiciamus, an corpus delicti comprobatum fuerit in hac causa, videamus de quo crimine accusatus fuerat, & condemnatus: de complicitate, vel auxilio proximo, aut remoto in homicidio nequaquam, cum in accusatione non diceretur; & in actis factis super illa nece de Commentariensi non tractetur; sed de negligentia, & omissione in obtemperando precepto judicium Curie, quoad clausuram reorum, quod fuit in causa ut homicidium pararetur; sic dicebatur in accusatione formali quam Fiscalis in eo Regno ponit in omni processu, ita ut sine ea procedi non valeat, ut dixi d. cap. 8. §. 6. n. 3. & clarus §. 1. n. 22. cum seqq. Ex quibus resultat quod delictum erat transgressio precepti. Igitur dato quod non adfuit preceptum; neque delictum: legitime sequitur.

In actis enim de precepto nunquam per scripturam authenticam constitit, & quamquam testes deponerent concludenter fuisse factum verbaliter, & ipse Commentariensis, hoc ipsum confessus fuit, dummodo non constaret de eo per publicam, & authenticam scripturam non adfuisse preceptum concludendum est, neque obligationem productam fuisse obtemperandi. Probat Text. in c. quoniam contra. de probat. l. 4. §. si autem. C. de recep. arbitr. 3. C. de sent. exper. recit. ibi: ut sententia que dicta fuerit, cum scripta non esset, nec nomen quidem sententia habere mereatur, nec ad rescissionem perperam decretorum appellatiois solemnitas requiratur, for. 4. de sent. & act. exornant Donellus lib. 25. comm. cap. 8.

& ibi Illegeri. lib. D. pluribus relatis August. Barbosa in collect. ad cap. quoniam contra per tot. precipua, n. 1. & 8. Langlaus semestri lib. 5. cap. 5. post princip. vers. recte, Anton. Amat. variar. resol. p. 2. resol. 72. num. 14. Paulus Xamar de offic. Jud. & Advocat. part. 1. quest. 15. num. 44 & ego dixi c. 8. §. 9. num. 19. & 22.

Et quanquam Amato ubi proxime 25 asserat Maltrillum in penalibus preceptis dixisse, scripturam non esse de substantia; ipse tamen cum Bertazol. cons. 419. num. 1. lib. 7. & Don Franc. Castillo decis. 188. num. 13. lib. 2. tenet quod de substantialibus est, per Textum superius relatos, quia eo ipso sunt judicialia omnino in scriptis redigi debent, vel per Actuarium publicum, vel per duos viros idoneos, ut habetur in d. cap. quoniam contra, etiam inter locutiones dicantur, Michael Graff. tom. 2. com. opin. lib. 7. tit. 8. num. 24. & ibi Vi- 26 vius num. 32. Barbof. in dict. collect. n. 38. Quod optima cum ratione cautum fuit, nam ad hoc ut punibilis fiat pretermissio executionis jussorum, necesse est quod operetur contra judicis preceptum factum judicialiter: qua de causa in Rubrica Digestorum non dicitur, si quis iudici; sed si quis ius dicenti non obtemperaverit: quo verbo ius dicenti manifestum sit agi hac in ipso jurisdictionis exercitio, & significatur pronuntiatio facta in exercitio jurisdictionis, ut notat Jacob. Cujacius in paratit. ad eum tit. & docet Gloss. in eadem Rubrica, ibi: 28 hac positio esset fatua si propter unam le- vem inobedientiam per hunc Textum puniretur. Quare si ratione irreverentia facta iudicibus tractaretur de aliqua levi coërcitione, vel multa sustineri posset, quia est parvi prejudicii: sed processum formare per inquisitionem, nomen inter reos ponere, criminaliter procedere, formaliter accusare, & officio honorifico privare, ex omissione observantia precepti verbalis non videtur posse justificari: cum hæc sententia interloquitorie dicantur vim diffinitivæ ob- 29 tinentes, Angel. ad malef. in §. illud, numer. 56. vers. semper, Gloss. in Auth. C. de hered. & falsid. Bardus in l. hi qui 7. C. de appellat. num. 2. Ciriac. contror. fo. 223. num. 2. som. 2. & similes interloquutiones in scriptis reducendæ sunt, d. c. quoniam contra, de probat. & d. l. 3. C. de sent. exper. recit. Donell. Illiger. Barbof. Lang- 30 gleus, Amat. & Xamar. ubi proxime.

Et

Et licet quoad Regnum Valentia 30 probata remaneat conclusio per d. for. 4. de sent. & actis, adhuc expendendi sunt ad confirmationem duo fori ex quibus clarè dictum corroboratur: nempe for. 1. de stabit. & mandat. Princip. ibi: si alcu vindra en al cun loch, o alcu diva que ve ab nostre manament tuys sapieu que no deu esser evogut da quell manament si nol provara per nostres letres. Quæ verba Latine sonant: si aliquis venerit ad aliquem locum, aut aliquis dixerit venire de mandato nostro, sciant cuncti, quod non debet credi de eo mandato nisi probaverit per nostras litteras. Demum for. 10. si contr. jus fuer. imper. quo cavetur quod iustio quilibet Principis nullius valoris sit nisi subscripta sit per Cancellarium aut Vicecancellarium, vel Regentem Cancellarium cum clausula irritante ibi: ans ipso iure, & facto sita nulle, junct. priv. 30. Regis Ferdinand. 11. quo cavetur quod iudices nunquam executioni mandent similes iussiones sine tali solemnitate expeditas tradit latius Dom. Crespi observ. 5. n. 188. cum plurib. seqq. & observ. 34. g. 2. n. 30. & 32. quo cumulat quidquid, tam de jure communi, quam municipali dici potest.

Si igitur Princeps per jura expressa 32 in illo Regno mandatum habet, ne validitatem obtineant; quæ ab ipso jubentur, tam in materia gratiosa, vel regiminis, quam iustitia, quin scriptura solemniter fiat, cum decreto irritante, & speciali iussione, iudicibus facta, per quam necessitas imponitur ne executioni mandentur; quid dicendum de precepto per inferiorem cuiusvis gradus, vel prerogativa sit, extante de for. 4. sent. & actis. Quo cautum est, quod in quacumque lite de re, cuius valor excedat 33 summa quinquaginta drachmarum, sive regalium argenti, acta in scriptis fiant per Actuarium Curie, & sententia in scriptis ferantur? Si Commissario Regis credendum non est, nisi de commissione, vel mandato constet per Regias litteras: quo pacto sustineri poterit contentum in eo precepto de quo per scripturam nunquam constitit? si diceretur scriptum fuisse, & scripturam amissam adhuc dubitari posset, an instaurati per alias probationes valeret, sed nunquam scriptum, nunquam factum dicendum est, in his quæ ad substantiam, scripturam requirunt: à majoritate rationis per dictos foros nullius 34

momenti fuit: & quanta sit huius argumenti efficacia pluribus probat Aug. Barbof. in loc. comm. argum. jur. loco 6. n. 1. cum seqq. ubi plura.

Hanc sententiam expressè tenuerunt 34 plures Doctores per l. 3. cuius verba superius data sunt, & d. cap. quoniam contra, ibi: nec pro ipsius presumatur processu, nisi quatenus in causa legitimis consiterit documentis. Donellus d. lib. 25. cap. 8. ibi: ut in his non interventibus, ad aliam probationem recurrere liceat. Lang- 35 gleus d. cap. 5. in fin. princ. ibi: ut sententia qua dicta fuerit, cum scripta non esset, nec nomen quidem sententia habere mereatur, neque ad eam rescindendam appellatio- nis remediis sit opus. Amat d. d. n. 14. ibi: eo quod scriptura in iunctionis & precepti est hodie de substantia. Ciriacus d. contr. 101. n. 57. ibi: & in hac materia tantum dictum presumitur quantum scriptum, & non ultra, & alii ab ipsis adducti, qui omittuntur ne aliorum scripta transferamus: & rationem clarissè reddit Langleus ubi proxime ibi: nempe quod plerumque contingeret iudices dictas à se sententias, à quibus provocatum fuerit, emendare longè que aliter scriptas, quam pronuntiatum ab ipsis fuisse, evulgandas ad officium transmittere. Unde nova sapius litigiorum plaga texebantur. Memoria enim labilis est, & in rebus magni momenti substantia nunquam ei committenda venit. Et in terminis adhibendi rei in arctiori carcere ad- 35 est Textus expressus, probans decretum in scriptis redigendum, in l. 1. C. de custod. reo. ibi, si quis in culpa, vel crimine fuerit deprehensus, qua dignus claustris, & custodia singulari videatur, auditis apud acta cum de admissio consiterit, penam carceris sustineat. Neque hic Textus intel- 36 ligi valet de pronuntiatione diffinitiva, qua subjungit Imperator, ibi: atque ita postmodum adductus, apud acta audiat. Ita enim quasi sub publico testimonio commemoratio admisi criminis fiet, ut iudicibus immodicè severentibus, freni quaedam temperies adhibita videatur. Ex quibus verbis aperte resultat Imperatorem cavisse quod in scriptis de decreto immittendi in arcto carcere constet, & hoc ad rescindendum arbitrium iudicantium: quare rectè inferitur, atque concluditur, quod ad aliam probationem, testium nempe, vel confessionis recurri non valet, cum scriptura de sententia sit, & non amplius dictum quam scriptum repertur, sit ratum.

Neque confessio ipsius Commentariensis hunc defectum supplere valebat, tum ex superioribus dictis, tum etiam quia non ambigebatur de facti existentia, sed de legitimitate procedendi, ex eo quod præceptum, scripturam necesse desiderat ad sui validitatem, ut dictum remanet: ac tandem quia ea quæ concernunt probationem corporis delicti nunquam suppleri possunt per rei confessionem iuxta decisionem Text. in l. liber homo ff. ad leg. Aquil. non tantum, ff. de panis, utrobique Doctores Grammat. decis. 6. per tot. Farin. q. 2. numer. 7. Caball. d. cas. 255. num. 1. cum aliis plurimis adductis per Guazz. d. defens. 4. c. 3. n. 1. cum seqq.

Et si res bene perpendatur quid deferendum erat huic præcepto, verbo tenus facto, & sine aliquali causæ cognitione: quid iustioni ex abrupto late, absque deliberatione assera in Aula secundum formam Ordinationum illius Regiæ Audientiæ: Quid decreto de quo in actis non apparuit: scripto iuxta stylum, & fororum dispositiones: Quid si de injunctioe legitima, & judiciali non constiterit: & licet dubitari non possit, quod ex reverentia Magistratibus debita subditi teneantur obtemperare: hoc procedit in quantum judicialiter procedant, sed si formam procedendi non observant, neque subditi teneantur ad aliquid, nec puniri possunt nisi aliqua levi coercitione: non autem acerbe causam criminalem fulminando, accusationem formiter ponendo, & condemnationem gravissimam privationis officii honorifici publicando deficiente scriptura præcepti in actis, deliberatione debite facta, atque injunctioe judiciali per quam necessitas parandi imposita sit. Maxime cum præceptum non contineret individuum factum facilis executionis, sed plura capita diversæ speciei, quare tot præcepta fuisse dici poterat quod erant rei sub clausura ponendi, quorum nomina, non memorabantur testes recepti ad probandum ipsum præceptum.

Sed dato quod probatio ipsius præcepti per testes suppleri posset, adhuc videbatur quod defectu probationis Commentariensis erat absolvendus, quia quod gravius crimen est, tanto liquidiores postulat probationes. Notant Doctores ad Text. cap. litteris, de præsumpt. & ad l. fin. C. de accusat. Tiberi

Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 45. n. 11. & pluribus Valenzuel. conf. 163. num. 7. & sic quando ei imputabatur causam delicti homicidio sacrilego, non implendo præceptum, liquide debebat culpa comprobari, quod in actis nequaquam factum fuit. Nam quoad illam allocutionem fecerat Ecclesiastici cum incognito, assistente Commentariense, & extortione pecuniæ ab aliis reis, ob permissionem exendi clausuris solum reperiebantur examinati duo testes, qui erant Bartholomeus de Medina, qui deposuerat in summaria de visu, & Dominicus Diaz de auditu Bartholomei. At primus qui de visu dixerat, dictum in ratificatione retractavit, confitendo se falsum deposuisse suasionibus Domini illius, subtingens rationem nempe credidisse nulli damnum subsequi posse; sed postquam percipit causam fulminari in Commentariensem Confessario dixisse in sacramentali confessione, a quo absolutionem obtineri non potuit quin dictum retractasset. Quæ ratio non solum diluit dictum, ita ut remaneat tanquam si non esset, verum continet expressam execulptionem per quam tollitur quidquid ex inculptione gravabatur, etiam si primum dictum solemniter juratum sit, Bertazol. conf. 226. num. 4. ubi add. sub lit. A, in vers. tertio incipit, Grammat. nota 3. numer. 14. Bursat. conf. 201. num. 147. lib. 1. Mascard. lib. 3. conclus. 1130. num. 12. Farin. quest. 46. num. 108. pluribus Valenzuel. conf. 102. num. 96. cum seqq. & licet isti Doctores loquantur de reo in articulo mortis posito, idem procedere est dicendum, quando in exonerationem conscientie iustus per Confessarium, dictum primum emendat, atque corrigit, quo in casu potest, ac debet dictum corrigere: & in hoc casu licet ex intervallo fiat, & contraria dicat, attenditur secundum dictum, vel saltem neque primo, neque secundo, aliquid defertur. Farin. quest. 66. num. 242. cum seqq. Et ratio est quia correctio facta in exonerationem conscientie iustu Confessarii habet speciem torturæ spiritalis, ut de juramento dicitur per Doctores relatos à Peguera in prax. c. 12. §. 5. cujus vis respectu fidelium consentium peccata sacramentaliter maximopere operatur. Masil. in pract. §. restat. n. 12. Bursat. conf. 101. num. 148. in fin. Farin. dict. quest. 46. num. 70. Quibus addebatur quod

quod testis primam depositionem fecerat precibus corruptus à Dominico, & sic nullius momenti erat dictum illius, quia licet testis deponens precibus alterius non dicatur corruptus, ut probat Farin. quest. 67. num. 266. hoc declaratur quando preces effunduntur ad veritatem dicendam, secus verò si ad falsum dicendum testis exhorretur, c. quoties de testib. Fatinae, ibi proximè, num. 268. cum seqq. optimè Valenzuel. conf. 163. num. 88.

Ipsè Dominicus Diaz solum audivisse à Bartholomeo deponere: ac per consequens tanquam si nihil dixisset cum in his quæ per sensum visus percipiuntur, testis de auditu alterius nil probat l. testium, §. ideoque, ff. de testib. cap. licet ex quadam, de testib. latè Farin. quest. 59. num. 2. Valenzuel. conf. 141. num. 11. Giurba conf. 34. num. 4. & ipse non fuit repetitus: quare etiam plus dixisset Commentariensem nil gravabat, vel officiebat, cum examinatus non fuisset eo citato, latè Far. q. 72. n. 1108. & 136. Caball. cas. 55. num. 1. Guazz. de sensu 24. cap. 9. n. 1. Quæ de jure Regni Valentie absque dubio procedunt per ea quæ dixi d. c. 8. §. 5. n. 41. Ob quod non solum hic testis, sed plures alii qui parte citata repetiti non fuerunt nullam probationem facere dicendum est: neque defectus repetitionis sanari poterat ex eo quod ad Regis eritimes missi reperiebantur, nam ex hoc apparet criminosos, & infames esse, quare fides eis non debebatur, imò repellendi veniebant c. super eo, ibi Gloss. c. testimonium, de testib. l. 3. §. lex Julia, ff. de testib. pluribus Farin. q. 56. n. 126. cum seqq. Valenzuel. conf. 92. n. 87.

Ex repetitis primus, & præcipuus in dicendo erat apparitor sive Alguazellus ordinarius, & ut talis exclusus à testimonio ferendo, quia hæc officia fungentes sustinent vices accusatoris, probant pluribus Farin. q. 51. n. 178. Caball. cas. 126. num. 5. in fin. Giurba conf. 98. n. 10. Guazz. defens. 5. c. 9. n. 8. Dominus Saleedo in tract. de contrabando, cap. 20. num. 13. quos sequutus fuit d. cap. 8. §. 8. n. 129. Demum erat inimicus Commentariensis, non inimicitia levi, sed gravi adeo ut ad duellum perventum, & sic pariter excluderetur per for. 3. de testib. l. 3. in fin. princ. ff. eodem, pluribus Farin. quest. 53. ex n. 3. Anton. Gomez variat. lib. 3. c. 12. n. 14. ubi Aillon. Valenzuel.

d. conf. 92. num. 118. cum seqq. & conf. 161. n. 63. apud quos plura. Quibus addebatur quod ex ipsa summaria convictus erat de mendacio; quia assererat, quod hora patraei criminis pervenit ad carcerem primus, & invenit omnes reos extra clausuras, & ex ea probabatur quod venit iudicibus jam inquisitionem formantibus in eodem carcere; deficiens in uno ex substantialibus in omnibus deficiente est dicendum secundum plures quos laudat, & sequitur Farin. quest. 67. ex n. 111. si enim ex eo quod apparitor sit vehementer suspectus redditus: nam ut ait Tiber. Decian. lib. 8. c. 4. n. 7. isti nuntii & officiales multa referunt contra reos, ut exasperent animos Magistratum, ut eos condemnent, quia & ipsi participant de condemnationibus; & ideo advertant prudentes iudices ut eis non credant. Quid dicere debemus, super additis inimicitia gravi, & mendacio? Neque ex eo quod in aliquibus causis non participant, ut puta quia non adest condemnatio pecuniaria, vel teus non est solvendo: cessat dispositio, quia hoc per accidens se habet, & à communiter contingentibus sumenda est indicatio in materia probatoria, ut pluribus relatis tradit Augustinus Barbosa ubi proximè loco 20. numero 4. sequitur clarè quod licet concluderet dictum huius testis, si des nullius momenti remanebat, quia si ex qualibet de prelibatis oppositionibus excluderetur, multo magis ex concursu omnium harum oppositionum, ut pluribus relatis de more probat Giurba conf. 91. numero 45.

Alius ex testibus concludentibus erat Antonius Aleman, qui Birroarius professione reperiebatur, & sic in criminibus gravioribus repellendus à testimonio ob vilitatem personæ, & quia hi plura solent committere §. sanctissimi in Authentic. de testibus, Baldus in leg. etiam, num. 4. Cod. eodem. Alexand. conf. 238. num. 6. Clarus in §. fin. quest. 7. numer. 3. aliis relatis Giurba dict. conf. 98. num. 10. ad med. vers. cum regulariter, Cabal. d. cas. 126. per tot. Guazzin. dict. defens. 5. cap. 9. n. 8. cum aliis per me adductis d. cap. 8. §. 8. n. 229. cum seqq. Hic enim in sui exonerationem deponendo culpam Commentariensem interrogabat; & hoc solum in causa erat, ut repelleretur à testimonio, Text. in l. omnib. C. de furtis, Bartol. in l. deferre, §. idem, ff. de iure fisci, Gram

Grammat, *decis. 45. num. 18.* Macerat. *lib. 2. resol. 6. num. 5. lib. 3. resol. 1. num. 43. & resol. 20. num. 1. Farin. quest. 55. n. 136. & q. 60. n. 4. & q. 69. n. 23.* Valenzuela *conf. 78. n. 44. Malc. concl. 1357. n. 1.* Menoch. *de arbitrar. cas. 99. num. 6.* Vivius *decis. 179. num. 1.* Trevif. *decis. 49. n. 39. lib. 2. pluribus Giurba consil. 37. num. 35.* Et licet dicatur quod tanquam socius criminis poterat admitti ex dispositione municipali illius Regni, juxta *for. 11. de testib.* Respondeo, quod à jure exclusus est per *Textum in l. repeti 16. § 1. ff. de quest. cum aliis congestis per Farin. quest. 43. num. 1. & segg. Peguer. decis. 5. num. 27. & ceteros per me adductos d. cap. 8. §. 8. n. 215. & dixi supra *controv. 2. num. 32.* & licet per *d. for. 11.* admittatur socius criminis, communiter per Regnicolas scribentes, & causas judicantes, interpretatur; ut ex illius fori dispositione integræ fidei remaneat socius, si alia obiectio non sit ei comprobata præter complectentem, ut cum Morla & aliis probavi *ibid. n. 217.* cum autem hic testis ob vilitatem, & exercitium muneris Birroarii, & quia in exonerationem sui ipsius deponeret exclusus reperitur; non obstante d. forali dispositione dictum illius non poterat attendi.*

60 Ceteri testes ex carceratis erant, & sic non integræ fidei, maxime contra Commentariensem cujus æmuli sunt, quia ex debito officii tenetur eos sub custodia detinere, & ob id non omnibus morem gerere, atque placere potest, & sic est positus quasi signum ante sagittam, ut de similibus officialibus dixerat Grammat *conf. 35. n. 18.* quem refert & sequitur Farin *quest. 111. num. 262.* si enim qui carceribus mancipati fuerint non sunt idonei testes contra judicem jubentem, ut probant Decianus *lib. 8. c. 38. n. 3. & 4.* Grammat. *d. conf. 35. per tot.* Mascard. *de prob. lib. 1. conf. 165. num. 5.* Farin. *ubi proxime n. 269.* Giurba *conf. 72. n. 57.* multo minus in Commentariensem exequentem carcerationem: testis enim inimicus non probat, ut dixi supra, *n. 49.* erant etiam criminosi, & ob id in carcerem detrusi; & à testimonio ferendo reiecti per *for. 3. de testibus cum aliis adductis supra, num. 47. in fin.* Deponabant etiam varii varietate oblativa, sive singularitate oblativa, qui non probant: *cap. causam, ubi gloss. verb. singulares, de probat. pluribus Far. quest. 66. n. 5. & 33.* licet bene perpen-

sis eorum dictis, ad favorem Commentariensis concludebant, dum deposuerant quod licet reos extra clausuram vidissent, non tamen in conspectu Commentariensis, neque de mandato illius: nisi hora qua res facta celebrabatur in capella: quæ limitata permisso; non potuit imputari tanquam transgressio præcepti, quia in eo non continebatur specialiter, quod ab auditione Missarum in diebus colendis privarentur; ipse enim propria auctoritate non poterat sine peccato eos privare, ut probant P. Suarez *de relig. disput. 88. sect. 6. numer. 5.* Castro Palao *oper. moral. Theolog. p. 4. tract. 21. disput. unic. punct. ult. & cum eis cuncti Doctores.* Et pariter dum deponunt quod licet à clausuris exirent, hoc erat inscio Commentariense, dum ille residebat in vestibulo expeditioni negotiorum incumbendo, & si ascendebat, per custodes rei certiorabantur, ut ad clausuras redirent. Quæ in illius exonerationem cedebant: nam si tolerasset extra clausuras haberi; non reverterentur eo ascendente, neque revererentur ipsius conspectum. Neque ab homicidio transgressio quoad occisum facti ipso comprobatur: nam in clausura ei designata cadaver reperitum fuit, & sic Commentariensem fecisse, quod in se erat undique apparet, cum hæc ex dictis testium summarie resulerent, quæ est probatio remota ab omni suspitione inductionis subornationisve.

Et licet per ipsum Commentariensem confessum præceptum dicatur, hoc erat cum qualitate observantia, nempe se paruisse in quantum potuit, & eo ipso quo fiscalis, vel accusator ad probandam suam intentionem utitur ea confessione non potest separari à qualitate, ut probat Ant. Gomez *var. lib. 3. cap. 3. num. 35.* & ibi Aillon. *Anr. Theaur. decis. 13. numer. 7.* Farin. *q. 81. n. 116.* & alii quos laudavi. *dist. cap. 8. §. 4. n. 26.* Satis ad imponendam pœnam ordinariam criminis de quo agitur: quibus additur quod Commentariensis non confitebatur crimen, sed præceptum, cum qualitate observantia totum testimonium depositionibus coadjuvata ex ipsa summaria, & observantia ipsa plenissime probata ex testibus in defensionibus productis quam ob rem, neque ad pœnam extraordinariam comprobatio culpæ remanebat.

Quarto perpendebam quod factum 61 dedu

deductum in accusatione punibile non erat; quæ assertio comprobatur tribus rationibus, meo quidem iudicio evidentibus: Quarum prima ea sit, quia implementum præcepti impossibile videbatur, saltem moraliter; nam tot tantoque reos sub arcta custodia poni jussum fuit, & non absolute, atque indistinctum, sed eis circumstantiis, & limitationibus, quod adimplendo præcipuam muneris curam, qualis est residere in vestibulo ut moris est, ad expeditionem negotiorum, impossibile reddebatur de hoc curate quin alterum omitteretur. Quia in præcepto, ut dicebant testes continebatur quod hic sub clausura solus esset, ille simul cum aliis, uni concedebatur diem universam per carcerem deambulare, alii in perpetua clausura residere; quibusdam permitti poterat alloquium, aliis omnino interdicebatur; quod quidem jussum fuerat verbaliter, verba absque temporis limitatione, & sine eo quod instructio in scriptis daretur, neque insinuatum fuisset periculum imminens: & hæc omnia peragi debebant in loco remoto ab eo in quo residentiam habere necesse tenebatur; ita ut ab ipso nullatenus conspici posset. Præceptum enim neminem obligat magis quam dispositio legis cujuslibet; sed lex ad hoc ut obligationem producat debet esse possibilis, Text. *in leg. ea que dari. ff. de regul. jur. cum aliis adductis per Dominum Crespi observat. numer. 147.* Præceptum iudicis pariter possibile esse debet ut teneat, Text. *in leg. 3. ff. que sin. appell. rescind.* Dominus Crespi *ibid. num. 148.* quæ quidem im-

62 possibilitas sufficit, quod sit moralis, ut ipse Dominus Crespi *ibidem* probat: sed moraliter ex dictis impossibile erat implementum præcepti; ergo nullatenus tenebatur. Præcipue animadverso quod de gestis absente Commentariense non teneatur ille, sed adjutor, ut decisum est per Text. *in leg. 4. Cod. de custod. reor. ibi: si vero Commentariensis necessitate aliqua procul ab officio egerit, adjutorem ejus pari jubetur invigilare cura, & eadem statuimus legis severitate construngi.* Quod enim ex præcipua muneris cura Commentariensis Valentinus teneatur residere procul ab ipsorum carceratorum mansione, & in ipso vestibulo ubi negotia expediuntur, & de securitate totius carceris curatur, probat in terminis nostras Thomas Cerdau de Tallada

*in tractat. de vitiis carcer. cap. 15. lit. C. num. 1.* quod est incompatible cum assistentia personali in superioriibus carceris claustris, quo adimplenda contenta in præcepto erant. ut ex descriptione carceris notum sit. Et si aliquando de his curare intendebat, & per ocularem inspectionem cernere an in claustris residerent, cum ascendere tenebatur tot gradus per sealam conspicuam, & directam, ab ipsis custodibus corruptis præventus, antequam ad locum prælibatum pervenisset, jam in claustris cuncti erant, & sic ipsa cura inanis, ac frustanea reddebatur.

Sit secunda ratio impossibilitatis parandi, quia per dicta testium de præcepto deponentium non fuit præfinitum tempus ipsius clausuræ: & non poterat imputari Commentariensi si præceptum interpretatum fuit per tempus a jure præfinitum iudicibus, quod reos detineant in ergastulis, sive arctioribus carceris receptaculis: quod tempus jure Pontificio ad tres tantum dies extenditur, juxta decreta Pauli III. & Pii IV. quæ ad hoc allegantur à Doctissimo Præsule Simancas *in prax. haretic. titul. 27. num. 1.* Carrar. *in prax. interrog. reor. c. 3. n. 46.* Guazzin. *defens. 23. 67 c. 1. n. 2.* Quod juris civilis, & municipalis illius Regni decisionibus fulcitur. Juris civilis ex Text. *in l. 1. c. de cust. reor. ibi: statim questio debet fieri, & ibi: id quidem debet quam celerrime procurari.* Melior Text. *in leg. 5. Cod. eod. ibi: de his quos tenet carcer inclusos, id aperta definitione sancimus, ut aut convictos velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret.* Consonant *for. 28. & 29. de crimin. junct. for. 83. curiar. 1585.* quibus cavetur quod cause criminum quorum pœna pecuniaria est terminentur infra biduum; si autem pœna corporalis sit, infra quinque dies crimen comprobetur, aut reus fideiussoribus relaxetur. Si enim tot dispositionibus provisum reperitur, quod rei brevissimis terminis à custodia liberentur, quomodo rei in ergastulis detineri debent absque limitatione sub squalore arctioris clausuræ: nam in ea verificata remanent omnia quæ in detestationem carceris ab Auditoribus perpendantur, nempe quod est mala mansio, locus horribilis, torture species, similis morti, atque ipsi inferno coæqualis: quæ & alia eleganter descripsit Vilo

Vilosa de fugitivis, cap. 18. num. 19. & sic cum præceptum tempus delictum non habuisset, & à die quo factum supponebatur usque ad diem necis ultra quadraginta dies transacti fuissent, quamquam clarè probaretur iussu Commentariensis extra clausuras adesse, transactis quinque diebus fori, vel tres assignati per Summos Pontifices, nequaquam ei imputandum erat, neque ex eo poena aliqua irrogari: nam si paruisset, poenam incurteret juxta Textum in l. 1. l. nemo carcerem, & Authent. hodie, C. de custod. reor. ibi: *Judices qui hæc non servant si majores sint, viginti librarum auri panam: si minores, decem solvant.* Obedientes autem eis in prædictis casibus, spoliati cingulo dentur in exilium. Loquitur in eo Textu, & in aliquibus præcedentibus, & subsequentibus de forma custodiarum reorum, & in ea Authent. postquam formam custodiæ feminarum tradidit, subjungit transgressoribus poenam, & licet de feminis loquatur, omnes casus præcedentes comprehendit; & posita dispositione fori, & Bullarum ratio decidendi evidenter subintrat, ita ut quicumque iudicibus obtemperaverit in exequendo excessum quoad clausuras, poenam hujus authentice incurrat. Circa quod videndi Cardinal. Cornæus, Bonifacius de Vitali, Marfilis, Ancarranus, Follerius, Parladorius, Jodochius, Boffius, Farinacius, & alii adducti per Salgado de Reg. protecl. part. 2. c. 4. ex n. 120. Ex quibus inferitur quod seclusa culpa, potest similis præcepti implementum omitti, ne poena rigida privationis, vel exilii mulctetur: Vel saltem hæc dispositio excusationem præstabit, quia ut quis ab incursu poenæ excusetur, sufficit quælibet causa, etiam si bestialis dicatur, Text. in cap. cum teneamur, de prob. ubi Gloss. Ant. Gomez var. lib. 3. c. 6. n. 2. & ibi Aillon. Mastril. decis. 259. n. 31. lib. 3. Surd. decis. 86. 216. n. 49. & decis. 265. per tot. Don. Franc. Castillo decision. 188. lib. 2. Sesse decision. 221. ex num. 10. Anton. Amat. dict. resol. 72. numer. 33.

73 Sic Tertia ratio ejusdem impossibilitatis parendi: quod præceptum continebat clausuram quatuor Ecclesiasticorum, quorum duo sacris ordinibus initiati erant, & in laicorum carcere detinebantur iussu suorum Prælatorum, & hi nunquam subditi esse potuerunt iudicium Curie subventium, & sic quo-

ad eos nullius momenti præceptum fuit Text. in cap. adversus, de immunit. Eccles. c. saculares de for. compet. in 6. Authent. statumimus, Cod. de Episcop. & Cleric. exornant Covartuvias practie. cap. 33. numer. 1. Farin. quest. 8. num. 15. August. Barbof. in collect. ad cap. si judex, de sentent. excomm. in 6. & in Concil. Trident. cap. 6. sess. 23. de refor. Thom. del Bene de immunit. tom. 1. cap. 1. dub. 3. numer. 5. pluribus dixi dict. tom. 2. cap. 7. num. 7. Cujus rationem præbet Consultus in leg. factum 170. ff. de reg. jur. ibi: *Factum à iudice quod ad officium ejus non pertinet, ratum non est, & in terminis culpa aut negligentia in custodia reorum, Text. in l. de militibus 9. ff. de custod. reor. ibi: de militibus ita servatur, ut ad eum remittantur, si quid deliquerint sub quo militabant.* Quo Vernuleius clarè respondit quod milites delinquentes, quoad custodiam etiam remittendi sunt ei sub quo militabant: si enim in militia armata hæc sunt quid dicendum de militibus caelestis militiae? quid de his de quibus cognoscere incapaces omnino laici reperiuntur? absque dubio majori cum ratione, quia nunquam de eis curare ad iudices laicos pertinere potest: cum non ab homine, de sent. excomm. c. 2. clerici de jud. c. 2. de for. compet. pluribus Barbof. in collect. ad hos Text. Plaça in epitom. de for. c. 38. numer. 7. Farin. quest. 22. n. 72. Scaccia de jud. c. 46. num. 3. Guazz. defens. 5. c. 4. num. 8. ad rem Sesse decis. 113. n. 79. cum segg. Trullench. lib. 8. decal. c. 1. dub. 8. n. 9. Novissimè Cortiada decis. 7. n. 49. & in his terminis neque ex culpa, neque ex negligentia Commentariensis, iudex laicus potest cognoscere juxta doctrinam Angeli in l. que sub conditione, §. fin. ff. de condit. & demonstrat. Farin. q. 13. n. 151. per plures segg. qui multos refert.

78 Et quanquam dicatur ad Commentariensem non pertinuisse hæc scrutari ut à delicto, & à poena excusetur minor causa sufficit, ut dixi numero 72. & dubitari non valet quod opprimendo Ecclesiasticos in ergastulis, vel arctiori Custodia absque iussione prælatorum, vereri iustissime poterat incursum censuræ in cap. si quis suadente diabolo 17. quest. 4. ubi Barbofa num. 20. cum segg. & de jur. Eccles. cap. 39. §. 1. n. 8. qui plures & plura Thom. del Bene d. tom. 1. cap. 2. dub. 4. sect. 3. & 18. n. 15. (quod

solum sufficit ut à poena inobedientiae excu-

excusetur, sicut docuit Sesse decis. 221. num. 10.) Aded ut laici qui de præcepto Abbatis, etiam si causa legitima præcedat, opprimat Religiosum, incurtere dicatur censuram, sicut probat Text. in cap. universitatis de sentent. excomm. ubi Augustinus Barbofa in Collect. n. 1.

80 Et nisi in casu expresse necessitatis, non excusetur laicus exequens coercitionem iussu Prælati; quia quælibet pressio, punitio, aut poenalis executio facienda in personis ecclesiasticis, per Ecclesiasticum fieri debet, Barbofa in d. collect. n. 2. quod firmat ex doctrina P. Suarez. tom. 5. de censur. disp. 22. sect. 1. num. 42. & 43. Navarro, cons. 42. de sent. excomm. in antiq. & comment. 3. de regul. num. 52. Suarez de Paz, in pract. part. 5. tom. 1. cap. 3. §. 12. n. 49. Salced. ad Bernard. Diaz, in pract. c. 126. lit. E, P. 51, part. 3. comm. 110. num. 1. Farin. qu. 41. num. 15. Eman. q. regular. 19. tom. 2. art. 8. Cabed. decis. 83. n. 8. cum segg. lib. 1. Riccius, in prax. decis. 355. Coninch. de sacram. & censur. tom. 2. disp. 14. n. 190.

82 vers. 3. Quod solum limitatur in casu torturæ, quia non potest reperiri Ecclesiasticus qui eam exequatur. Et sic clarissime appareat, quod neque ad huc potestas in iudicibus ad jubendum clausuras Ecclesiasticorum, neque remansit obligatio aliqua obtemperandi; ac per consequens si in executione custodiæ experta fuisset aliqua negligentia, non pertinere ad laicum punitio; quia carcerati non suberant potestati illius, aut jurisdictioni: & sicut in casu fugæ, vel

84 obfractionis excusetur Commentariensis ex indebita, vel non ritè facta incarceratione, ut pluribus probat Farin. d. q. 31. num. 152. quamvis combroberetur omisso; sic similiter ex non debita, vel ritè facta detractione in ergastulis, si aliquid sequatur excusabitur Commentariensis, neque in iudicibus reperiebatur jurisdictione ad imputandum aliquid respectu clausuræ Ecclesiasticorum, quam de illorum præcepto facere non potuit.

86 Et in his terminis memorabar cujusdam observantia ejusdem Regie Audientie habita anno 1647. dum Fiscalis munus in ea gererem. Petrus Martinez Clericus minorum Ordinum, beneficium ecclesiasticum obtinens, iussu Prælati mancipatus erat in eodem carcere, competentiam suscitaveram prætendendo puniendum esse per iudices laicos quia enormibus se immiscuerat, de qua

competentia egi, tom. 2. de regim. cap. 7. §. 1. num. 13. & §. 1. per totum, ubi fundamenta excitande competentie tradidi. Dum disceprabatur an admittenda, esset, aufugit è carcere per januam, auxilio atque astutia matris, quæ cum sub vestibus rectorum emisit. Et tunc Commentariensis non fuit punitus per Regiam Audientiam, ex eo quod carceratus non erat iussu ipsius, sed Prælati. Aliquibus mensibus clapsis idem Clericus captus fuit per familiam Regie Audientie, & positus de illius præcepto in turri nuncupata del Alquila adhibito speciali Custode, qui fuit Franciscus de Alcalá Apparitor: hic clausuræ curam omisit, & iterum fugie Clericus moenia civitatis transcendendo; & custos punitus fuit poena remigii; & ratio disparitatis erat; nam primo in casu iussu Prælati reo carcerato punitio pertinebat ad Prælatum, juxta Text. in d. l. de militibus 9. ff. de cust. reor. in secundo verò cum carceri consignatus esset iussu Regie Audientie, ad eam punitio omissionis in custodia pertinuit, per eundem Textum, & notat (quod ad rem pertinet) Commentariensem non fuisse punitum, sed adiutorem specialem ex Text. in d. l. 4. C. de custod. reor. quanquam illa turris pars istius carceris sit; sed quia remota à commercio carceris, verificabatur necessitas absentie Commentariensis.

Quæ omnia maximopere procedunt 88 & procedere debent, quando Commentariensi, prout in nostra specie, non aperitur causa propter quam sub arctiori custodia apponi rei jubentur; nam ex causa dispositiones ordinandæ erant ad finem; diversa enim dispositio adhibenda est quando fuga præveniendi est, atque quando homicidium pattandum timetur. Et licet ex consequentibus detecta fuit ratio præveniendi periculi, hoc non poterat percipi per Commentariensem; imò iuste, à communiter contingentibus, potuit credere clausuram ordinatam fuisse ne carcerem effringerent, & non quod Doctor Petrus Navarro interimendus esset in eodem carcere ab illis Ecclesiasticis, qui cum eo amicitiam intrinsecam fovebant: & juxta noticiam operationes dirigendæ erant. 88 Et quamvis plures ex testibus conchidebant quod non fuisset patratum homicidium si Commentariensis adimplet præceptum; post detectum maleficium